

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7010

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Montebourg, Notre-Dame (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1154, décembre-1173]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation des biens de l'abbaye de Montebourg, en Angleterre et en Normandie.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCXXVI, t. 1, p. 472-474.

Dissertation critique

« Avant 1172-1173 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, Recueil des actes de Henri II, t. 1, p. 472.

Texte établi d'après a

H., rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, justiciis, et omnibus filiis sancte Ecclesie per Angliam et Normanniam, per Andegaviam et Aquitaniam constitutis, salutem.

Sciatis me concessisse et confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Monteburgo, et abbati et monachis in ea Deo servientibus in perpetuam elemosinam, pro salute anime mee et patris et matris mee et omnium antecessorum sive successorum meorum, has subscriptas elemosinas, quas antecessores mei et alii fideles eidem contulerunt ecclesie: In Anglia scilicet, ex dono Ricardi de Revers, et concessu avi mei regis Henrici, in Dorseta, manerium de Lodris, cum Bornintona, pro V hidis ; in Devenesira, manerium de Auxemua, pro dimidia virgata, cum capellis Sancti Pancracii et Sancti Leonardi ; in insula de With, manerium de Wica, quod antiquitus vocabatur Saufort, et ibidem terram de Witecernia, quam dederunt Gaufridus de Magnevilla et Willelmus filius Esturi cum terra de Suete ; et hec libera et quieta ab omnibus secularibus consuetudinibus et servicis, et cum omnibus rebus eiusdem maneriis pertinentibus, et cum soca et saca, et tol et team et infangentheof, et aliis consuetudinibus et quietaciis, si que fuerint in dominio avi mei. De Rogerio Arundel, ecclesiam de Poestoc, cum capella et decimis quas habuit in tempore avi mei. De Willelmo [de] Morevilla, capellam de Bradepol. De Amaurrico de Estvertres, capellam de Waudig. De comite Ricardo Devonie et Hadehwisa sorore ejus, ecclesiam de Flueta apud Porlant. De eodem Ricardo et avia sua, unam virgatam terre de manorio Padre, quam tenuit Chacemoue. In Berchesira, de Aeliz de Revers, et filiis suis comite Balduino et Roberto de Sancta Maria, et nepote ejus Ricardo comite, manerium quod vocatur Ouvelai. De Hadehvissa de Roumara, unam maisuram Galterii trium solidorum ; in ecclesia de Tuvertona, XL. solidos, qui recogniti fuerunt per sacramentum ; item in insula de With, dimidiadecimam de

dominio Torleie, et de comite Balduino, ejusdem ville ecclesiam. In Normannia, de Ricardo de Revers, dimidiam ecclesiam ejusdem ville, et decimam molendinorum suorum, et terram Huberti presbiteri, et totam Foucarvillam, excepta quarta parte quam habet Goisfridus de Bruecort, liberam et quietam sicut manerium Sancti Marculphi, et terram dimidie carruce in Escoguerneavilla, et mansuram unius villani, scilicet Canuti, in Sebevilla, et decimam molendinorum et anguillarum de Neauhou, et totam terram quam Willelmus de Revers habuit in Monteburgo, et ecclesiam de Gonnovilla, et decimas molendinorum, et decimam molendini et foreste de Farmanbruil et de venatione, et decimam molendini de Torlavilla, et unum allodium in Ernemua ex australi parte, et decimam vacariarum de Bruis, et totam Benedictamvillam quam habuit Adheliz soror ejusdem Ricardi de Revers et Ricardus de Angerville, et totam ecclesiam ; et totam terram de Montisburgo quam Willelmus rex qui Angliam acquisivit dedit eidem ecclesie, et eam que est inter eos et fosetum propiorem foreste, et mercatum et ferias, et in forestis de Monteburgo et de Bruis materiem ad tenenda et facienda sua edifica, et ligna ad focum et clausuram, et de tot arboribus sint quieti forestarii in placitis meis quot monachi eis garantizaverint juste per tallias suas, et pastionem porcorum, et herbagium ceterorum animalium et suum pasnagium, et omnes quietancias de omnibus que ad me pertinent ; et maisnillum Sancti Cirici usque ad rivum qui descendit de foresta, et eamdem ecclesiam ; et thelonia quieta per totam terram meam de propriis rebus predicte abbatie, ubicunque emant vel conducant vel vendant ; et ut homines de burgo abbatie sint quieti ab omni expeditione, excepta illa que sub nomine belli submonetur ; et maisnillum Sancti Cirici sicut superius, et terram Rannufi de Eschamecon que est in Coeres, et tres maisuras in Sortovilla de feudo Turgisi Grossi, et X. acras de terra Rosce, et terram unius carruce in eadem villa quam tenuit Mascheret, et XXX. acras terre in Joganvilla quas tenuit Pelecheu, et terram unius carruce in Amundevilla, et de Ricardo de Morevilla ejusdem ville ecclesiam et duas garbas totius terre sue.

Hec omnia confirmo manu mea, et cetera.